

quoad ordine a p[ro]bata
ista legenda, sicut ex ipsa dispositione
et inscriptis notulis observabiles. et quam
primuni si placet omnia remittes. supersunt
plurimi amici, ^{coram} quibus legendi cepiam,
grande beneficium promissi. exemplaria
autem praeter haec, nulla.

Salmasio.

(212).

Ne te lactari dubites inanis spe, et antica fide promississe
me, quod viro prostandi animus fuerit, mitto vir nobilis-
sime in antecessum, quae ab autore meo impera cepti.
Cetera, quae pollicetur tua erunt, simul atque mea
et quidquid porro a me exigi posse judicabis, studiis tuis
promouendis, illustribus utique et utilibus, et quibus
par est certationi symbola sua quisque conferamus.
Alterius instituti, quo a toga te ad sagum evasisse Riveto
iudicasti, ille mihi, et uterque Principi, dici non
potest quanto ^{potius} gratus huic nuntius fuerit. Maeste vir
Doctissime, et quod sperare posteritatis jubet, proba
non omnes assecutos esse, qui id summa fiducia, osten-
tare aggressi sunt, Militia Romana quis modus in
rebus, qui certi denique fines fuerint. Sed hos inter-
lituos si ad Lyram interiam dinetti poteris, ecce ubi
totam horam nihil agas, cum otiosi licuisset. Si tanti
est, ut has tricas perlegas, inuenies notas indices qua
serie se secuti sunt, et remittes ubi commodum
erit magacissimo scriptori, qui amari tamen a te
postulat, ut integerrimo affectu est 26. Mart. 1635.

Tuis

C. H.

(213).

Heinsio.

Tempestive monendus es, Amice maxime, instituisse
me cum uxore profecti unculam Amstelodamum
usque. ubi ab amicorum humanitate vis fore, ut
quatruiduo me expediam, facile praevideo. Quamobrem
si in proposito perstas, et optatissimo convivio tuo destinas
beare nos. rogo tantis per hanc mihi felicitatem debeas,
et utique in antecessum reddas meo adventus tui
certiorem, ne in solacium incidamus, quem in
praesentia sedulo mihi vitandum duci. Vale decus
meum et amare nunquam desino, qui est in aeternum
27. Mart. 1635.

Tuis

Heinsio